

1953 L. Volusio | Urbano | nomenclatori | censorio¹.

Romae, ubi reperta sit ignoratur (VI 1968 vidit Henzen). — 1) Nomenclator fuit Urbanus, iudice Mommseno, eiusdem L. Volusii Saturnini qui memoratur N. 1934. Diversi sunt nomenclatores a censibus Augustorum liberti (supra N. 1690. 1912).

1954 [L.] Volusio El[aino | app.] censori¹, sac[erdoti] | Geni L. n.² | [Vo]lusia Syn[tyche].

Romae rep. ad viam Appiam in monumento ut videtur Volusiorum (VI 1967. 7566 vidit Henzen). — 1) Significatur, ut vidit Mommsen (Staatsr. I³ p. 359 not. 3), L. Volusius Saturninus consul a. 742, censoria potestate legendis equitum decuriis functus (verba sunt Taciti ann. 3, 50), minus accurate censor dictus a liberto, qui ei in illo officio apparuerat. — 2) Idem sacerdotium Genii Lucii nostri (id est ipsius L. Volusii) reperitur in alio titulo Volusii alicuius VI 1935^a.

1955 D. Alleius Cilonis l. | Pamphilus | accensus velatus, sibi et | suis posterisq. eorum. | D. Alleius D. l. Hymenaeus | accensus velatus. | Alleia D. l. Victoria. | Alleia D. f. Eugenesis. | Alleia D. f. Victorina. | Hoc sepulcrum sive ara cum suis | maceris heredem extranum | non sequetur.

Romae (VI 1969 aliquoties descripta saec. XVII).

1956 T. Velatius accensorum | velatorum l. Ganymedes sibi et | Claudio

Romae (Fabretti inscr. 453, 4 qui vidit).

1957 Q. Fabius Maximorum¹ l. | Amicus praef. c. a. v.² | Maria A. f. Prima. | Q. Fabius Maximi l. Zeno. | Papiria D. l. Athenais. | C. Papirius Athenais l. Anteros.

Romae (VI 9249 vidit Henzen). — 1) Significantur puto fratres Fabii Paullus Maximus consul a. 745 et Africanus Maximus consul a. 744. — 2) Fortasse: praefectus centuriae accensorum velatorum (Mo. Staatsr. III 1 praef. p. XI not. 1).

1958 hic quiescit in pace Laurentius | [s]criba senatus¹ dep. die III iduum Mart. | Adelfio v. c. cons.² (avis).

Romae rep. in ecclesia S. Mariae Transtiberina, in parte aversa lapidis incisum est epitaphium anni 555 (de Rossi bull. crist. 1869 p. 18). — 1) Idem videtur esse Fl. Laurentius exceptor amplissimi senatus memoratus in Gestis de recipiendo eodice Theodosiano (Mommsen Neues Archiv f. ält. deutsche Gesch. 10, 1885 p. 384 not. 4). Alius exceptor senatus reperitur in tabella aenea edita a Rossio bull. comun. 1887 p. 289. — 2) A. 451.

1959 hic quiescit in pace | [F]l. Decentius prefectianu[s] | cives Tuscus, qui vixi[t] | annis pl. m. XXX, | depos[it]us XIII kal. N[ov.] | Basso et Filippo vv. cc. [cons.]¹

Romae in coenobio S. Pauli (de Rossi inscr. Chr. I n. 388). — 1) A. 408.

1960 hic in pace iacet Leontius ex optione | officio magistri eq. et peditum, quem | terra extera duxit, qui vixit annus XL | vitam.